

W. 235

X 2044508

galle

Za  
2246



G A M E L I I S  
M. I V S T I N I  
B E R T V C H I,  
illustriſ Portæ Rectoris,

*Ac Virginis*

D O R O T H E Æ  
K L E I N I Æ,

*Prid. KL. Xbris Numburgi celebrandis,  
in Academia Lipſienſe decantata*

G A M E L I A;



Impreſſaꝑ; ab Abrahamo Lambergſo,  
ANNO A. O. R.  
ſ. l. cl.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)











Cce Iustino tibi Dona Iustè  
Iusta viuenti veniunt: ab alta  
Sede quæ fructu Paradisus affert  
Vbere cœli.

Hoc Dei Donum manibus tuoq;  
Angelus iungit thalamo: vt virenti  
Sub tuis tanquam rosa flore semper  
Floreat hortis.

Munus id læta cape fronte Sacrum,  
Dulce lenimen grauis est laboris,  
Et salutari leuat arte fessos

Corporis artus,  
Splendido denos decies per annos  
Gestias cum quo Phaëtontis in se  
Orbe reflexo: stabilisq; rerum

Terminus astet.  
Prodeat Iusto tibi Iusta proles  
Munere ex Iusto data: lege Iusta  
Celsa viuendo vehat ista Iustum  
Nomen ad astra.

*M. Elias Klein Mersburgensis,  
Sponse frater.*

A 2

ALI-



Ὡς πρὸς αἰθέρος ὄξει γάμος μόνος αἰεὶ ἀγνὸς  
ἔστω καὶ καθαρὸν δ' ἔσωσε γάμον Ἰσπαντὸς,  
καὶ μέχρι νῦν ἔστω ἐπίγεια γῆν Ἰσπαντὸς  
θύλατος ἠνξήθη μετὰ τ' ἄρρεντος ἀμμιγακίταις.  
αὐτὸ δ' ἐτεθῆλ' ἀνθρωποφυῆς φύλον περιχλαῖν  
συζυγίῳ τε γυνὴ καὶ νῆρ ἑξάερετον ἔχον,  
ξυὸν δ' εὐμοῖς νομικῶς δ' ἔμας ἠναθέντε γάμοισι.  
τιῶν ἄρ' ὄξισ γαμίην κακὸν ἔμμεν' οἴης,  
λαῖνον ἦτορ ἔχης δ' ἦτ', ἠδ' ἀεσίφρονα θυμὸν  
σχέτλιον, ἔγχε σοι φύσεών τε οἶον τε μέθυλεν.  
ἔσι μὲν ἠελίον ἰδέην φάτος ἔξοχα λαμπρόν,  
ἔσι δ' ἐτ' ἠαρινῆς ὄρασαν καλὸν αὐτὸν γν' ὄρης.  
ἀλλ' ἔστω μηδ' ἐν λαμπρόν, μηδ' ἐν καλὸν ἔστω,  
ὡς παῖδ' ὠρ ἰδέην φάτος γν' μεγάροισι περιόντων.  
ἔγχε τις μάζων παῖτε ἠδ' ὄνι, ἔδ' ἐτι κρηῖστον  
Θησαύρισμα, ἢ παῖδας ἔχην ἀνάθημα βίοιο.  
τί κῆσαιτο ἡ δ' αἰεὶ ἀνῆρ ἐν δ' ὠμασ' ἀμηνον,  
ἢ κεδνὸν προπίδ' εὐσίθ' ἔης ἀρχεῖαν ἀκοιτιμ,  
ὡς οἶος δ' ἑγαλέων οἱ ἔθῆκε ξυμῆονα ἔργων.  
αὐτὴ γὰρ φίλον ἀνδρα κακῶς θεραπεύει ἔχοντα  
αὐτὴ συμπτῶαμίμνη αἰδ' ἀνόν τι παθόντι,  
αὐτὴ οἱ ἀχαλῶντι πῶαίφασις ὄξιν ὀμεύνω,  
αὐτὴ σὺν φιλεοντι φίλη γηράσκη ἀκοιτις,  
αὐτὴ ἀποφθίμῳ δ' ἀπῆ κρυεροῖσι γόοισι.  
πολλὰς δ' αὐτὴς ἔχει γνωσῶς, πολλὰς τε σιμῆθας,  
παρὰ ἀμμιοντος πλετόν τε πολὺν καὶ κτάματα πολλὰ.  
ταῦτα δ' ὁμῶς ἔκ' ἐς ἀγαθ' ἀφθίτα μηδ' ἐτ' ἀληθῆ,  
ὡς φίλα δ' εὐμα γάμος καθαρῶς, ὁ γὰρ ἔμπεδος αἰεὶ.  
γνωσῶς μὲν γὰρ ρεῖμα τύχης δ' ὠματ' ἀλλοτριῶσαι,  
χρήματα δ' ἢ κλέπτης, ἢ πῶρ ἀφέλει τ', ἀναλῶσαι  
πιστῶν χωρίζημ τ' ἀνδρὸς τ' ἀλόχου δ' ὁμονοίῳ.  
ἔτι κερδ' ὄξισ τῶν δ' οἴη μοῖρα μέλαινα  
λύσει, ἰπὴ πᾶσιμ πῆπρωται πῶτμοι ἐπισπῆν.



ἡσὶ γὰρ ἀνθρώποι δ' ὕσ' ἀρξ' μίη, ἔντε νόημα.  
 ἀντάρ' ὅτ' αὐτὲ γάμω πολλ' ἄλγεα σεπῶ' ἐποντ',  
 τῶνδ' ἔκ' ἰδ' ἄγνος γάμ' ἄτι' ἄτι', ἢ θεὸς αὐτός.  
 πάντα γὰρ ἔργα σοφῶ' ἐλεῖται Βέλτιλα θεοῖο.  
 Βύλετ' ἀνθρώπος δ' ἂν, ὡς ἴς' αὐτός, ἀμώμους.  
 ἡμῶν δὲ θνητοῖσι πᾶσιμασι ημετέροισι  
 αὐτότατοι πάντων μόχθων κακοῖ' ἀλλοῖ' ἴσμεν.  
 τοι γὰρ τοι θεὸς ὅτι γάμ' ἄτι' ἄτι' ἄγν' ἄγν'.  
 ὅτ' ἴ φέρεις θεὸς ἰδ' ἄλλοι' γαμβρὲ' περικλυτὲ δῶροι,  
 ἱμερόεσσαν ἄγων Νυμφίω' ποτὶ ἔκτιτον οἶκον,  
 παρθένον εὐσεβίᾳ κοσμηθῆσαν καὶ ἀγααῖς  
 παντοίαις δρετᾶς, χάριεν ταῖς κἀμ' ὀπ' ἡδ' ἄ.  
 εὐχομαι ἔμ' θαλάμω ὑμῶν σωτήρια πάντα,  
 εὐτεκνίω ὑμῶν δ' οἶον θεὸς ἀβερὶ νείων.  
 δ' οἶον δ' αὖ θεὸς ὑμῶν ἀλλήλων ἴσον ἔραδι,  
 δ' οἶον δ' δρεγαλίω ζώον ἀπ' ἀτάρθε μεριμνῶν,  
 ἢως ψυχὴ σῶμα λιπεῖσ' οἴχοιτ' ἐς ὄλυπον.

M. Iohannes Wilisch.

A L I V D.

**P**orta domus rase quondam satis apta Cohorti,  
 Scilicet à priscis degeneravit avis.  
**N**octe dieq; sacris inhians, odisse solebat,  
 Vel cane coniugij peius et angue genus.  
**G**ratior illicitis, Stygio scelus amne piandum,  
 Fornicibus propria coniuge Thais erat.

A 3

Ira





Ira procul cessit cum furuo & ana Cucullo,  
Pestiferâ coniux pro meretrice iuuat.  
Hic placet ordo Deo, iactent sua somnia iactent  
Insulsi fratres, hic placet ordo Deo  
Machina cum mundi senis extructa diebus,  
Inq̄ suo stabant terra fretumq̄ loco:  
Maestas hominem fingit diuina: iubentur  
Viuerē concordī fœmina virq̄ toro.  
Hoc Autoris opus manet immutabile: tectis  
Prodiit ex nigris Secta Cuculligerum.  
Indicio color est, solis q̄ boatus in antris,  
Furtaq̄ legitimis insidiosa toris.  
Fida Dei donum mulier, sed adultera mentem  
Fascinat, in peius præcipitemq̄ trahit.  
Bruta libido procul &olet impete casta suavi  
Sponsa sui recreat pectus amore viri.  
Gande Sponse bono tali doctissime, Nomen  
Arguit hoc munus dante venire Deo.  
Munus ama, toto quod pectore suspirasti  
Hactenus; ingenuus &os flagret inter amor.  
Sic mensam plenus cinget Concordia pennis,  
Sic ibunt placido cuncta tenore, &ale.

M. Casparus Krautstengel Fr.

ALIVD.



A L I V D.

**D**ivæ Salaides, surgite, surgite  
Vultu lætifico, tangite, tangite  
Vestri plectra sonora  
Docto pollice nablij.  
Confurgat simul & tota cohors sacra,  
Quæ iam Castalij pocula fluminis  
Libat, filaq; molli  
Percurrat citharæ manu.  
Omnes deniq; surgant, quibus in sacris  
Gratis limitibus figere nomina  
Vestris contigit antehac,  
Psallentes sua gaudia.  
Hos inter mea nunc Musa facerrima  
Exurgat, referens carmina quis piè  
Optatus celebretur  
Felicis thalami dies.  
Olim ignava inibigens hymenæia  
Longùm festa fugavit, Venerem negans,  
Exosam voluitq;  
Vitam degere cælibem.  
Duntaxat simulavit canones die,  
Noctu disposuit sed propè lectulum

Bis



Bis binas monialis  
Et frater crepidas suas.  
Illibata sed hæc ô vaga castitas,  
Est explota, Dio Pieridum choro,  
Hæc cùm iam patefacta  
Stent à principe limina.  
Nam cui Gymnasij tradita sunt sacri,  
Rector sceptrum, torum legitimum petit  
Certo coniugiali  
Sponsam pignore copulans.  
Diuis auspibus connubium suum  
Ante aram rutilam firmat amabilem  
Nymphæ consociatæ  
Gaudens iungere dexteram.  
Huic dicit: Mihi tu sola places: Bene.  
Hæc infit: Mihi tu solus. Onyx micans  
Non sic multicolori  
Fulget iunctus I aspidi.  
Sic, Iustine, Venus te Paridem suis  
VInis Dorotheæ mulsit amantibus,  
Præ multis Philyreis  
Vna isthæc Neobyrgica.  
Illa est quam vigilans Numinis optimi  
Mittit



Mittit cura tibi conueniens tuæ  
Est vitæ monialis  
Blandis aptaq; moribus.

Illi virginei munera pectoris  
Insunt cuncta, pia est, aureolis comis  
Malis, ori, & ocellis,  
Et Iuno & Venus inuidet.

Vrens sollicitæ flammula Cypridos  
Præsentis specie ardebat amasiæ,  
Et tandem coalebat  
Moto cordis operculo.

Auro gaudet onyx, massula plumbea  
Est ingrata; Pio sic pia, blandulo  
Grata est blandula, pulcra  
Ornato; Mala noxia.

Idcirco, vt volucres oscula cyprias  
Constat necere rostris auidissima;  
Sic dilecta labellis  
Bellis pangite suauia.

Tinctus purpureas perpetuum comas  
In vestris amaranthus cluat hortulis  
Affiniq; chamædri  
Pulcrum Teucrion assitum.

Vno



Vno in corporibus viuite pectore  
Binis : præsidium res sociæ, & decus,  
Cum spectatus amori  
Correspondet amor pio.  
Et sic, dante Deo, prolis habebitis  
Nomen perpetuum, Iustinuli patris,  
Nec non Dorotheellæ  
Matris nomine cognitæ.

*Albinus Vlman Dobelensis Misn.*

---

A L I V D.

**N**Ec Deus ipse placet cunctis : spe decidis omni  
Qui cupis ex animo complacuisse viro.  
Cælibe læteris vitâ, seu deniq; fædus,  
Coniugij dulcis prolis amore probes.  
Qui reprehendat erit, vitam sine coniugis usu,  
Fædera coniugij qui reprehendat erit.  
Vanos vana trahant : Maiestas diâ gubernet,  
Nostra, cui primas attribuisse decet.  
Quod iubet illa iuuet : sub eâdem vivere iussit  
Carne duos, mundi cum fabricaret opus,  
Iussa Dei sequeris, frater dilecte, profanum,  
Nec te iudicium detinuisse potest.  
Adiungis vitæ sociam, requiemq; laborum,  
Quâ possit saluâ salua manere domus.

*Fausta*



*Fausta precor cæptis, quod frater de eo fratri:  
Vos inter constans duret & erat amor.*

Nicolaus Bertuchius, Sponsi Fr.

---

A L I V D.

**Q***V*ando, fauente Deo, Phæbo IVSTINVS amādius  
DOROTHEAE castum gestit inire torum.

*Sponsorum votis mea par est addere vota,  
Nubat ut hæc fatis, ducat & ille bonis:*

*Magne poli Rector, qui post exordia mundi  
Sanxisti primus fœdera coniugij.*

*Da precor, ut firmo iungantur pectora nexu  
Amborum, soli dissoluenda Neci.*

*Legibus ut peragant tacitos concordibus annos,  
Dissidio curam non remorante piam.*

*Fæcundum pulcra sit eorum prole cubile,  
Quæ balbo laudes concinat ore tuas.*

*Si qua pericla toro intentet Phlegethontius hostis,  
Auerte, aut patriâ pro bonitate leua.*

*Defunctos tandem & misera discrimine vitæ,  
Transfer in ætheriæ tecta beatæ plagæ.*

Franciscus Cröllius Martisp.

ALIVD.



Ha 2246 UK

A L I V D.

**D**Vm festum geniale paras, clarissime Rector,  
 Vitam probas nec coelibem,  
 Sic voluere Dii, modo vti quoque nostra Thalia  
 Vestris adesset nuptiis.  
 Apprecor, ut vester non iam modo duret & vrat  
 Amborum amor; sed perpetim,  
 Viuite felices, in lecto & denique lectu  
 Viuatis instar turturum,  
 Nec dubium est, tandem quin inde resurrecturus  
 Vel paruulus, vel paruula.  
 Quod superest, pie Sponse, operam fac demus vterque  
 EGO LIBRIS; TU LIBERIS.

*Laurentius Gallus Hallensis Saxo.*



A L I U D.

**C**onnubij fedus quid cessas neclere letum,  
 Omnipotente Deus quod ligat ipse manus?  
 Cum sit res felix, dulcis concordia vobis  
 Assistit semper praesidiumque Dei.  
 Felix ergo dies, quae vos coniungit amantes,  
 Vestraque constanti federe corda ligat.  
 Viue diu thalami et cum pars altera casti,  
 Viuite felices prole, salute, domo.  
 Viuite concordēs, Deus omnia caepta secundet,  
 Confirmet pacem, praebat omne bonum.

Daniel Bothenius Goslariensis, S. Th.  
in Acad. Lips. Studiosus,

**F I N I S.**

V077

ME





W. 235

X 20445



G A M E L

M. I V S

B E R T V

illustris Portæ

*Ac Virg*

D O R O T

K L E I N

*Prid. KL. Xbris Numbr  
in Academia Lipsienſi*

G A M E L




Impreſſaꝑ; ab Abraha

ANNO A.

S. Is.



BIBLIO  
PONICKA



Kodak  
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

10107

